

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

De significatione saturni cum ei iuncta fuerit venus.



Quod si venus fuerit iuncta saturno et ipsa boni esse ac boni disposita: fueritque orientalis in mundo et a sole: sicut et in angulis faciet aiam nati pacificam benivolam fidelem verecundam abstinentem deliberantem: sciencie amatricem: ab imundicijs se abstinentem deum amantes et timentem ac in reuerentia ipsum habentem.

Et si fuerit venus in esse contrario. Si autem fuerit venus in esse contrario supra dicto faciet aiam nati male receptiois ac male opinionis maleque legis impudicam imundam rediosam zeloripam mulieres abhorrentem: turpem

coitum et imundum affectantem ut illum horrendum atque vitupabilem sodomiticum et filia: et illum cum senibus et turpibus viris: de mulieribus turpe atque diffidendum eligentem: formosam non curantem: et aliquam a mulieribus se decipi permittentem se ab omnibus segregantem: in sui tantum consilio confidentem: qualibet turpi atque prava fornicatione fornicatrice: in sciam adultera: turpe et in turpibus se delectantem: incestam suamque incestum cum suis sanguineis potius quam cum alijs perficientem: circa turpes venereos actus sollicitantem et contra naturam nedium cum rationalibus sed cum brutis: et superba vilem maledictam sceleratam: suas cogitationes ab alijs celantem: deum in reuerentia non habentem: somnia et alia secreta vilipendentes: de nigromancia atque de multis alijs diuersis se introrittentem.

De significatione saturni cum mercurio et iunctus fuerit.

Et si mercurius saturno iunctus fuerit et ipse boni esse ac boni dispositus fueritque orientalis in mundo et a sole sicut et in angulis: nec alias impeditus faciet aiam notam legum atque rerum legalium inquisitorem atque nigromantiam investigantem: medicinali scientia amatricem: occultorum deliberatorem: et semetipsam ab alijs occultantem: sophisticam nigromantiam coram hominibus et sine ipsorum presentia mira se facere

